DE LEUCORRHAEA DISSERTATIO INAUGURALIS QUAM AD...

Giuseppe Fiori





DE LEUCORRHÆA

Damnosus, et per saepe exitialis infirmo, nocumenti generationi, morbus est qui hodie pertractandum proposui, jam hisce praesertim temporibus comunis factus a quo faeminaeus sexus vexatur.

Graeci Leucorrhaeam nuncuparunt Itali vero voce eundem sensum complectente fluor-bianco appellant.

Longum sane foret, et extra rem ejus historiam, et progressus exhibere cum ejus originem a primis usque Medicinae incunabulis habuisset, quin etiam cum genere humano dies traxisset quod notiones, et clinica experimenta antiquorum Medicorum comprobare nobis possunt.

Clementia humanitateque vestra suffultus, Di-

rector perillustris decane spectabilis Professores praestantissimi, hac faustissima die in qua cura vestroque amore nobilibus doctrinis imbutus cum mihi lauream Medicinae honestando artis munus suscipio, grato animo ac reverentia, argumentum hoc in medium profero.

Ab imo uteri, et a parietibus circumstantibus, nunc a vagina per saepe a collo uterino, nunc sed rarius a phalopii tubis, humor albus profluit, qui nunc mucosus, nunc serosus, densus, nunc purulentus, et sanguinaeus, et acris, qui parietes uteri labefactat, congestionesque in glandulis, et serositates parat, illius plicas in quibus immittitur laedit, atque abscindit, totoque organismo vires prosternens qui in regione lumborum molestam perceptionem, et doloris exsuscitare valet.

Ipsa reapse est lentae inflammationis causa, vel saltem irritationis localis, cui morboso effectu partes illae respondent, quas irrepsit, et persaepe etiam huic irritationi, seu caussa proxima morbi consociantur cronica gastritis, peritonitis, et praecipue affectio dolorifica animi, ex quo fit ut Medicus non organo male habito tantum, verum etiam ejus curas ad partes quae per consensum eodem morbo afficiuntur, dirigat neccesse est.

Quod talis morbosa affectio faeminis sterilitatem paret? Ab Hipocrate, observationum Regula testatur in Aphorismo XLII. Sectionis V. Quod si omnino generationi actum non tollit; norma-

lem minime reddit, et faetum debilem, morbo dispositum parit, eodem modo quo planta male prurit ob vitium terrae a malis succis alta, et parum ejus vegetationi opportunis.

Ut vero causas perquiramus quae proprius hujus morbi naturam explanant, indolem organicam, et agentes noxios externos inquirere opus est.

Hoc morbo vexantur faeminae exilis organicae conformationis, pituitosi temperamenti, systematis vascularis energia destituti, pallidae, molles, lymphaticae, Leucoplegmaticae, in quibus lactae congestiones male resolutae fuerunt, in quibus vires exhaustae sub uteri dolenti distensione in graviditate; vel propter partus laboriosos, quibus haemorragiae subsequuntur vel massam sanguinis in utero congestam, vel perniciosissimae pravaeque aeducationis causam, vel damna vitae desidiosae atque mollis.

Silvius frequentiam hujus morbi. *Holanda* oriri existimat, quod venti desint, qui infestationem aeris illorum suburbium dirimant, et magis saevire observatus fuit in regionibus humidis paludosis, ita ut etiam a *Galeno* pro rheumatibus habebatur, ob identicas morbi causas propter sedem, et phenomena eadem scatentia, quae simillima forma secretionis membranae pituitariae inflammationem comitare solent.

Sunt qui in opinione falsa irreti quoad diatesim hujus morbi, decepti a causarum genere de-

primentium omnia ab iisdem repetunt, et naturam morbi comparant cum causis ipsis, ex quibus expricatur morbus; pro nihilo habentes organicam vitalem reactionem, quae suis phaenomenis, et effectubus erit subsecuta; sine qua nil organismus patitur atque inde nullo afficitur morbo, et sub quo debilitationis causae nullam vim in organismo exercent, atque actionem vel impressionem facile a praevalenti vi reluctari potest.

Immodicus fluxus sic pergunt fluoris albicantis, qui secernitur, imbeccilitas, et mollities enata vasorum eorum capillaria oscula aperta manantis humoris, in glandulis turgescentia, adparens dejectio fibrae, humorum lymphaticorum, et sanguinis jactura, tonica excitantia interne adhibita, frictiones alkalinae propinatae, quae aliquoties gradum imminuerunt, vel saltem morbum profligarunt, opinionem nonnullorum meruerunt, qui in conditione pathologica, *absolutam debilitatem* praeposuerant.

Quin etiam aetas critica inqua lex naturae imperat suppressionem catameniorum, qua aetate Uterus parum a sanguinis impulsu excitatus, vitalitatis gradum ammittit inerens facultati aptius illius munera fungi, et serbare, et tutius producta sustinere, in qua reactiones nervosae histericae exsuscitantur phaenomena nimirum per antagonismum evoluta, inopiae sanguinis signum, propter haec omnia, asseruere audent, his positis

circumstantiis ulla inflammatio nec concipi, nec ammitti potest.

Tamen res mea sententia non ita se habet, sanguinis reliquiae in utero retentae, citisima menstruorum suppressio aetate adulta; hujus morbi consueta evolutio in aetate adhuc impuberi, in qua natura vires omnes iniit, ut in faeminae organismo innovationem exsuscitaret, inqua vis praepotens affluxum sanguinis ad uterum revocat, ut regularem cursum institueret, in qua ingruente morbo, febres mucosae gastritis, entero–gastritis, praegressa metritis in se conveniunt, clarius a plhogistico morbo originem duxisse demonstrant, omnes carhacteres secum ferentes quos ipse morbus comunicavit.

Necrologicae observationes a clarissimo Morgagno comparatae, de illis quae Leucorrhae cronicae obierunt; satis declarant quas varias mutationes ab hoc morbo inveniuntur, uteri collum »
» observando rubro colore inductum, tumidum,
» atque molle, os ejus amplum, internam uteri
» superficiem tumescentem mollem, rubram, tunica
» mucosa obtectam rubeo suffusam colore, uno
» verbo similis illi morbosae affectioni, quae
» membranam pituitae infestat, sub forma *Corizae* ». Et revera omnes cronicae metritides cujuscumque intensitatis fluoris albicantis versi coloris fluxu, cursum explent, qui si senescunt, spissitudinem in uterino collo, et in imo parietum

visceri inducunt, quae in induramentum abiit, et quadam fibrosa degeneratione schirrosa, Encephaloide, et nonnullis tuberculis extruitur cum vel sine alteratione, peculiari ossificatione varii numeri, et a notabili serositate, cum uteri saepe cohalito per morbosam adhaerentiam, et idatides incavo visceris; cronicae inflammationis effectus qui abhaerrantem naturam in facultate generationis constituit.

Quin enim propius adhuc alias causas admittere velimus, huic morbo faventes, vitae genus primo intuito comprehendimus, quod modus variam sexui aptitudinem in animo, et eorum phisico ad impresiones parat quod vario modo illarum temperat habitum.

Vita in otio peracta, cibi sollicitantes, venus effraenata, stimulantium abusus, saltus inopinati, et praecipue luxuria vestium quas vicissim adhibendo laeviter se se exponunt volubili tempestate quae sub disposito sentiendi modo, atque virium inanitione, et corporis gracilitate provocata potentias nocentes externas frigoris, ac humidi aeris persentiunt, quae ad organa cutis sese protendunt, traspirationem cohibunt, et regularem calorem nervis demunt, qui motum aequabilem vasis, et lymphatico sistemate imprimendo inserviunt, et hinc cum functiones omnes subverterentur novo morbo corripitur illa pars quae ab alio labefactata fuit, ut in nostro casu est uterus

sicut observamus per sudorem retropulsum tubus intestinalis, et pulmonum membrana se exasperari, et sub forma diareae, colicae, entheritidis, et pulmonum irritationis morbus excellere.

His ergo perpessis ad illam adveniamus conditinem qua Medicus sententia sua therapiam sumere debet, juxta varias circumstantias quibus ponuntur aegrae, aetenim si laeves fuerunt causae si morbi decursus brevis si quantitas, et qualitas profluvii pravae indolis non adsint, nec tam organismo infestae, si discrasiae omnes absint si morbi sedes praecipue in vaginae substracto quam in utero sistet, quod agnoscendum erit a Medico, nam dolores hipocondrii et lumborum, sterilitas habitualis, et ad abortum proclivitas, grummosi linfae fluxus qui prosiliunt, alvus obstipa, et mala digestio, Anorexia, dolor capitis sibi erit signum, ut vero si a suspensione menstruorum adhuc dependeat quae si revocentur aptis pharmacis lenius fieret morbus, tunc fausta instituenda prognosis, et bonum remedia suum exerunt effectum.

Quin autem morbus inveteratus organismum, et organa illa labefactata aggredieretur, in quo vires nimis fractae sint in quo simultanei morbi debilem constitutionem parent, ubi universa cacochimia et discrasia scorbutica, herpetica, cum diarrhaea adsint conjunctae, una cum Arthritide Rheumate, vitiisque organicis, ut induramenta, schirri, polipi, quos nec a ferro, nec ab ulla in-

jectione caustica a velluntur, tunc de infausta agatur prognosi, et de nulla medicaminum ope erit sperandum.

Cura antiphlogistica in praxi laudanda erit, tam si a generali quam topica affectione dependeat profluvius, ejusque symptomata, et effectus cura complecti, hinc si locali irritatione cum plectora aut vires nimis elatae sint, emollientia adhibere convenit pro usu topico, fomenta cathaplasmata lavacra, parcam diaetam, injectiones mucilaginosas, sed tamen praecaveatur a Medico ut secretionum et excretionum regularis maneat cursus.

Si Arthritis Rheumata, morbi cutanaei Erisipelatodes, ulcerae, haemorroides, scrophulae in nexu arctae sint; propria pharmaca huic complicationi indicantur.

Si sensibilis dolor illarum partium intenditur tunc extractum hjusciami, vel opj solutio cum mucilagine conjuncta, pro injectione adhibetur; ut illam acredinem muci detersionibus dilueret quae si diu persisteret ad laeviora stiptica nempe de acetate plumbi, de allumine, de sulphate zinci, gummate kino, confecta confugiendum erit.

Tandem decoctiones corticis salicis Quercus, salicaria, radicis tormentillae et illas substantias adhibendo quae praecipue in membranis mucosis virtutem suam dirigunt, ut trifolium fibrinum, centauraea, quassia, simaruba, hipocastanus, china, martialia hellesir halleri, mirra, balsama na-

turalia, nec praetermittendum porro est aeri puriori divagatio, vectio in rheda, omnesque illas animi morbosas praeocupationes avertendo, quae in damno aegrae comutantur.

Et ut ne morbus revertatur diuturniori tempore in locali sistenda erit cura, et si a vino a bibitis spirituosis ab imodica Venere abstinentur, una cum regimine pharmaceutico, diaetetico, phiysico se conferantur; valetudo in posterum breviter obtinenda erit.